



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1634

Instructiones & documenta seruanda post Exercitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60472)

INSTRVCTIONES
ET
DOCUMENTA
SERVANDA
POST EXERCITIA.



IN spiritus profectu numquam contenti simus mediocritate, sed in id quod perfectissimum est semper oculos coniciamus: vix enim in infimo subsistet, qui ad medium tantum adspirat. Multi retrocedunt, ibique se deprehendunt, vbi minimè cogitabant, eò quòd non eò collimarint quòd debebant: à torrente enim abripiuntur, quia aduerso pergere flumine non conantur. Vt autem ex discursu omnium quatuor Hebdomadam clarè patet, S. Pater noster non tantum à

T 5

nobis

nobis postulat feruentem passionum
 nostrarum mortificationem, & contra
 amorem illum sensualem & munda-
 num bellum perpetuum, &, ad imita-
 tionem crucis C H R I S T I, solidarum
 robustarumque virtutum exercitium,
 verum etiam intimam, per contem-
 plationem & amorem cum Deo, vni-
 tionem, sanctissimam eius in sua præ-
 sentiâ cum perseuerantiâ voluntatem
 explendo, omniaque ad eum, tamquam
 ad vltimum nostrum finem, dirigendo.
 Quisque hinc consideret, quantum sibi
 deit ad perfectionem hanc suscipien-
 dam: hoc enim eum in suo itinere con-
 tinebit, ne aberret, facietque vt gres-
 sum acceleret, ne mors eum occupet
 antequam cursum absoluat, &, clau-
 sâ iam ianuâ, frustra clamare cogatur.

Porro prima cura sit, vt bonam ha-
 beat temporis rationem, memor, nihil
 eo esse pretiosius; tum propter ea quæ
 in illo ad maius Dei obsequium, pro-
 ximi bonum, nostrumque profectum
 fieri possunt: tum quia per leuem ali-
 quam

quam negligentiam facile perditur, utpote semper labens, ac numquam otiosum. Perdere autem tempus perinde est, atque usum aliquem vitæ aut talentorum aut potentiarum perdere. Quæ quò nobiliora sunt, eò magis reprehensibilis est iactura temporis: horæ enim vnius pretium non est idem respectu eius qui multum facere, & illius qui parum præstare potest. Ad hæc, volat irreuocabile tempus, eiusque iactura est irrecuperabilis: nam totum id quod cras fieri potest, diei crastino debetur; quo fit ut hodierni diei detrimentum reparari non possit.

Vt autem benè vtiliterque tempus impendatur, iuuabunt,

Primò, Attendere tempori præsentì, & de præterito se plus æquo non affligere, nec nimium de futuro esse sollicitum: si enim præsens benè impendatur, præteritum non oberit, & de futuro benè sperandum erit. Nec meliori quis fræno præteritum futurumque
tem-

tempus dirigere poterit, quàm si præfens benè impenderit.

Secundò, Cogitare hodiernum diem, primum meę conuersionis, & vitæ meæ diem esse postremum; quo mihi tamquam magna aggressuro animos addam, & sollicitus sim, tamquam rationem redditurus. Et sufficit diei malitia sua: frustra enim me vexat, sollicitumque reddit, quod numquam forte eueniet.

Tertiò, Facere exactam quamdam temporis distributionem, rerumque quæ singulis diei horis mihi agenda sunt: hæc enim distributio maximi momenti est, tum ne tempus perdamus; tum vt passiones nostras mortificemus, quæ nos tamquam cæcos abripiunt; tum ad bonam cordis compositionem & recollectionem, quod ita certis ac ordine dispositis occupationibus alligatur; tum vt facile nobis reddat conscientia examina. Quando enim suis omnia locis sunt digesta, facillimè quod quæritur, inuenitur.

Operibus

Operibus quæ mihi quotidie faciendæ sunt sic iam constitutis, vtile erit, electionum vsu ea perficere; in singulis eorum considerando, quomodo optimè, ad Dei gloriam nostrumque spirituales profectum, fieri possint.

In illâ distributione primum semper locum habeant Exercitia spiritualia, orationes, examina, lectio spiritualis: quæ omnia comitetur ordinaria aliqua mortificatio & pœnitentia. quod animos valdè excitat, & ad deuotionem disponit.

Et nota, quòd hæc Exercitia parum grata sunt, maximè iis qui multis distrahuntur occupationibus: quare magis sollicitos eos esse oportet, quòd strenuè ea contra occupationes tueantur, quæ totum sibi tempus volunt vindicare, quod Exercitiis spiritualibus dandum est. In hoc orationis Exercitio trium debet haberi ratio.

Primum horum est, Vt materia conueniens præparetur: illius enim defectu, multarum horarum plerumq; fit iactura.

Se-

Secundum est, Non recedendum ab iis instructionibus, regulis, additionibus, orandi que modo, quæ in Exercitiis præscribuntur.

Tertium est, Sensa illa, affectus bonos, sententias & conclusiones, quæ nobis in iisdem Exercitiis tamquam gradus ad maiorem perfectionem proponuntur, in se excitare.

Vt hoc quis assequatur, primò & ante omnia, vltimum, propter quem creatus est, finem, qui que omnium nostrarum actionum regula & norma esse debet, sibi obiiciat, & consequenter super hoc se examinet: hunc vsum examinum nullo vumquam tempore omitat. Quemadmodum enim faber qui murum aliquem aut parietem excitat, semper ad manum habet perpendiculum & amussim, & continuò iis vtitur; eò quòd alioquin imperceptibiliter soleat murus à normâ deficere, & ita ruinæ periculum tota fabrica subire: sic Religiosus, omnisq; Christianus, semper, vltimo sibi fine ob oculos posito, debet

debet idemtidem suas actiones excu-
tere ; quod perinde est, atque eas vlti-
mo suo fini tamquam perpendiculo
conformare.

Fructus primæ Septimanæ (qui est
dolor de peccatis) quotidie in con-
scientiæ examine renouari debet. Quã-
do enim pacata est conscientia, faci-
lius ad dolorem, consideratis peccati
turpitudine, Dei Maiestate, & nomini-
bus quibus ei obligamur, excitatur; de
quibus actum in primâ Meditatione de
peccatis: quando verò inquieta est con-
scientia, peccatis grauata, & variis mo-
lestisq̃ue tentationibus agitata, timore
facilius mouebitur; de quo in secun-
dâ Meditatione de peccatorum pœnis
agitur.

In secundâ Hebdomade coniicien-
di oculi in bona proposita & decreta,
quæ in quatuor Exercitiis, de Regno
CHRISTI, de duobus vexillis, tribus
hominum classibus, & de tribus Hu-
militatis gradibus quæruntur; firmum
nempe propositum imitandi CHRIS-
TVM

STVM

STVM Dominum nostrum, eumque sequendi in affectu & amore paupertatis, ignominiae & infamiae, nec solum affectu, verum etiam re ipsa experiendo paupertatem, infamiam & contemptum, quando id ad maiorem Dei foret gloriam: nec tunc solum, sed etiam quando vtrique par foret Dei gloria, contemptum illum potius & paupertatem amplectendo, quod ei magis assimilari queam. Illi enim sunt quasi nerui & anima omnium Meditationum de vita & doctrina Salvatoris nostri. Cum animus pacatus est, & a perturbationibus liber viam virtutis perambulat; tum Meditationes istae ad maiorem IESU notitiam, aestimationem & amorem, dirigi debent, cum desiderio imitandi eius virtutes, quae maxime in iis Meditationibus, & peculiariter circa paupertatem & opprobria, elucet: animus vero cum inquietus est, vel aliqua difficultate temporali turbatur, vel etiam motibus humilitati repugnantibus, sensibusque & querimoniis

moniis humiliationi aduersis ; multum proderunt, quò fereretur, crucique se subiiciat, quatuor illæ supradictæ Meditationes, quarum tum etiam vim & efficaciam melius percipiet: quia ubi vulnus est, ibi dolorem adfert medicina.

Meditationes de Passione Domini abundantissimam nutrimenti spiritualis materiam suppeditant pro totius anni, imò totius vitæ tempore, quando ad ea tam fertilia pascua nobis aditum dare dignabitur Dominus: verum is qui in eâ se exercet, non sibi satisfactum credat, si ad animi teneritudinem & compassionem moueatur; sed in se imitationis tam solidarum perfectarumque virtutum, quæ in eâ resplendent, desiderium excitare, bonaque illa proposita abnegationis, amoris proprii & mundani, quæ aliquando seuerit, conseruare studeat; & difficultates, contradictiones, afflictionesque suas cum CHRISTI Domini comparet, & videbit, quàm procul adhuc ab iis

V

absit.

absit. Qui hoc modo in peccatorum suorum dolore, sensuum & passionum suarum mortificatione, humanarumq; omnium consolationum exspoliatione se seriò exercuerint, in quartâ Septimanâ spirituali illo gaudio fruuntur, & rore cælesti velut terra arida inebriantur. Psal. 76. *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.*

Et hoc est securum beneque fundatum spiritus iter, hæc semitæ, per quas ad vnionem cum Deo peruenitur; peccatorum nempe dolor, diuinæ iustitiæ timor, corporis castigatio, sensuum passionumq; mortificatio, propositum & resolutio CHRISTI Domini nostri exempla imitandi, ipsius crucis, nuditatis, paupertatis, ignominia, opprobriorumq; amor, patientia & conformitas, quando se ea patiendi offert occasio; nihil petere, ad nihil se determinare, nisi ad maiorem Dei gloriam atque obsequium. Hæc est regia Crucis via, quæ ad spirituales nos consolatio-

nes

nes disponit, & aliquid æternæ gloriæ dulcedinis nobis in hoc exilio gustandum affert: hæc regula est, ad quam spiritualia sensa & affectus, num à bono vel malo spiritu proueniant, examinantur. Quia, exempli gratiâ, qui Romam ire desiderat, potest vel pedes, vel eques, vel terrâ, vel mari, & , si Deus volet, etiam per aërem volando, illud iter peragere: semper tamen idem quodammodò est iter, & quomodocumque illud demum instituat, non expedit ab eo deflectere: sic etiam spirituale illud iter semper idem est, quod ex hisce exurgit passibus, propositis nimirum & axiomatis iam dictis, & eorum executione. Aliquando proficiscitur quis cum gaudio, aliàs absque eo; velut is qui pedes nec sine labore ambulat. Aliàs deuotionis sensus est maior, aliàs minor; vti & affectus spirituales & diuinæ illustrationes variæ sunt, & aliquando tam sublimes, tam extraordinariæ & supernaturales, vt aliquem quasi volare faciant: sed val-

dè notandum , quò quem moueant. Si enim augeantur in nobis bona , de quibus iam facta est mentio , propofita ; facilioremque quis in fe percipiat eorum executionem , & promptiorem ad virtutum Exercitia & crucis Domini imitationem fe fentiat ; fignum eft, quòd bonam quis viam ineat : quantò verò pacatiùs ac compendiofiùs incedit, tantò meliùs: fi verò affectus, quos ipfe fpirituales putat , eum à dictâ viâ abducant, tepidioremque reddant, hoftis eas effe illufiones exiftimet. Quid enim volare iuuabit , fi etiam volando à viâ recedit, & feftinatò finem, quem perfequitur , fugit ? Hinc ex iis , quas fanctus Pater nofter docuit, Regulis & inftitutionibus poterunt Patres fpirituales de quibuscumque fenfis , quantumcumque extraordinariis , licet ipfi in feipfis earum experientiam non habeant, iudicium ferre.

Tandem follicitè curandum in ministeriis noftris ordinariis , ne affectum vel ipfi occupationi , vel bono eius
suc-

successui, aut personis, quibuscum a-
 gimus, inordinatè affigamus. Mini-
 stria enim spiritualia ita affectibus hu-
 manis conspersa, & quasi violata, om-
 ni suo robore, quo profint proximo,
 destituuntur; quinimò valent potius
 ad nobis damnum inferendum: irre-
 timus enim nos prætensionibus & pro-
 curationibus talis loci, occupationis
 vel ministerij, & curis doloribusque
 inutilibus, aut gaudio de successu
 aut negotiis, distractionibusque à Re-
 gulâ nostrâ alienis, quibus ij, qui-
 buscum agimus, nos onerant. Ve-
 rum quidem est, quòd spiritus SO-
 CIETATIS non debeat esse delicatus,
 sed robustus, & calori & frigori, plateis
 & foro, omniq̃ loco affluetis, ita
 vt laboribus omnibus callum obdu-
 xisse videatur: sed labores illi familia-
 ritate cum Deo moderandi sunt, ita vt
 non tam sit communicatio cum homi-
 nibus quàm cum Deo; hoc est, vt proxi-
 mo se impendere, idem sit quod Deo
 se in proximo impendere, & huius gra-

tiâ Deum facere quasi participem salutis, scientiæ, aliorumque quæ diuina mihi manus impertiit talentorum, vti lex charitatis requirit. Et hunc in finem matutino semper tempore curabo, vt lucem ex diuinâ præfentiâ hauriam, quò sciam, quomodo in occupationibus meis me gerere debeam; vespere rursus in Dei me sistam præfentiâ, quò videam, quomodo Deo in iis placere studuerim, omnia ad ipsum, tamquam earum principium & finem, reducendo. Et sic semper fini isti insistens non mutabor, etiamsi mutantur occupationes; nec turbabor varietate successuum, nec aliis etiam negotiis à professione nostrâ alienis irretiri me sinam, at plus semper temporis familiaritati diuinæ quàm humanæ impendam; quandoquidem cum hominibus alia nobis negotia tractanda non sint, quàm vt Deo reconcilientur; mihiq; certò persuadebo, vt docemur Parte decimâ §. secundo, *quòd ad ultimum & superna-*

na-

naturalem finem consequendum, media illa, quae cum Deo instrumentum coniungunt ac disponunt, ut à diuinâ manu rectè gubernetur, efficaciora sint, quàm quae illud disponunt erga homines.

